UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Monita Executionis decretorum quae ad Parochos pertinent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Visual Library

Conci. pro. 4.tit. de cap. & altar. § onera vero. pag. 124.

De tabella onerum vniuſcuiuſq; cappellæ, altaris, legati vè ad pręſcriptum Concilij Prouincialis quarti.

Id Viſitatoris, & Rectoris, Pręfectiq; eccleſię vniuſcuiuſq; cura omnino præſtetur ſpatio ad ſummũ trium menſium.

Prou. 4. de diſtrib. §. Punctatorũ. pag. 181.

De abſentia, & erratis in vnaquaque eccleſia collegiata notandis ad pręſcriptum Concilij Prouincialis quarti.

Prou. 1. de offi. punct. §. Singulis. pag. 29. Prouin. 4. de diſtrib. §. ſingulis.

De libris punctationum in ſingulas hebdomadas conferendis ad pręſcriptũ conciliorum.

De erratorum expoſitione reſcindẽda, vbi aliquid diſſenſionis affertur.

Id Vicarij diœceſani, & Viſitatoris regionarij arbitrio relinquitur.

Pro. 4. Ibid.

De ſupputatione canonicalis miniſterij, quod vnuſquiſque canonicus menſe ſuperiori in choro præſtitit: & de ſupputatione item erratorum conſtituenda, ad pręſcriptum eiuſdem concilij.

Ibid.

De ſupputatione cenſuum capitularium in fine anni, & de attributione itẽ pro ratione laborum.

De ſynographis ſupputationũ, à chori, & capituli pfectis, & à punctatoribus manu ſignãdis, theſaurarioq; tradendis

Ibid.

De nõ ſoluẽdo ante ſtata tpa, & de modo ſoluendi, ad pſcriptũ eiuſdẽ cõcilij.

Id vt pręſtetur, efficiant omnino Viſitatores & Vicarij diœceſani.

Prou. 1. de ædib. canonic. §. Quarum ędium. pa. 19.

Quarum ædium canonicalium impluuium, atriumve concludi commodè poteſt, claudatur omnino quadraginta dierum ſpatio ab editione horum monitorum: & in eo pręſtentur, quæ de clauibus conſtituta ſunt.

E quo impluuio atriove, pueri, alijve quicunque, ludis, clamoribus, aliovè modo obſtrepunt, excludantur etiam à ianitore, quem certo ſtipendio capitula conſtituant, vbi ob capituli inopiã aliud à nobis non decernatur.

Vbi verò impluuium, atriumve apertũ eſt, nullumq; ędium canonicalium ſeptum eiuſmodi eſt, quo concludi poſſit: Viſitator rationem aliquam omnino ineat, vt & claudatur, & eadem præſtentur, quæ in eodem concilio Prouinciali conſtituta ſunt.

Prou. 3. de diu. off. §. Vt erratis. pag. 98.

De punctatoribus in celebritate feſtorum, funeribus, officijs mortuorum, & proceſſionibus item, ex pręſcripto concilij prouincialis, & inſtructionum noſtrarum.

Qua in re diligentia maior, & Viſitatorum, & Præfectorum eccleſiæ, & Vicariorum diœceſanorum à nobis ſummopere deſideratur.

Erit igitur cura Viſitatorum, punctatores etiam alios conſtituere, vbi iam conſtituti non ſatis erunt.

Punctatorum autem partes præterea erunt, in ſingulos menſes librum punctationum Viſitatori regionario vrbis, & in diœceſi Vicario diœceſano tradere, cùm ad parochiales conuentus veniunt, vt in ijs errata etiam publicè legantur: & qui deliquerint, erraríntve, plectantur pro ratione culpæ & erratorum.

Pręfecti eccleſiarum, errata, & abſentiam clericorum, qui eorum eccleſijs adſcripti ſunt, ſingulis menſibus Viſitatori in vrbe, & Vicario foraneo in diœceſi ſignificent: vt ſi errarint, ab eo ſalutari ſaltem aliqua pœnitentia afficiantur, ad pręſcriptum concilij quarti. — De diſtrib. §. Idem ſtatis pa. 181.

Idem Rectores pręſtent de relatione functionũ, tõſurę, habitus, & diſciplinæ clericorũ, q eccleſijs ſuis adſcripti ſunt.

MONITA

Executionis decretorum quæ ad Parochos pertinent.

VICARIAE perpetuæ, vbicunque in diœceſi à nobis erigi opus eſt, id Vicarius diœceſanus & Viſitator curet diligenter.

Prępoſitus ad ſacramenta miniſtranda, aliasq; functiones eccleſiaſticas obeundas in ſua plebana regione cappam induat, etiam ſi neminem alium eccleſiaſticum hominem quàm proprium clericum ſocium habeat.

At verò extra plebanę eccleſię fines ea tantummodo vtatur, quando vna cum capitulo eccleſiæ ſuę collegiatim incedit: ſi capitulum canonicorum reſidentium non habet, quando cũ clero loci: ſi clerus non adſit, quando cum populo eccleſię prępoſituralis eam actionẽ obit, in qua ſi clerus eſſet, pręſens adeſſet: & denique quando cum capitulo parochorum, & cleri ſuę plebis, aliquam eccleſiaſticam functionem exequitur.

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prou. 4 de paroch. § Qua in eccleſia. pag. 164.

De partitione curæ gerendæ in eccleſijs parochialibus, vbi portiones curatę plures ſint, ad præſcriptum concilij prouincialis quarti.

Id accuratè per Viſitatores in viſitationis munere conſultis nobis præſtetur.

Quicunque parochi ex viſitationis decreto, aliave ratione coadiutorem curę habere debent, pro tẽporis ratione quo non habuerint, quidquid ſtipendij debuiſſent, id fabricæ, alijve eccleſiæ vſui arbitratu noſtro Viſitatoriſve iam nunc attributum eſſe decernitur.

Quamobrem à Vicario foraneo ſequeſtri nomine agatur, & quidquid ſequeſtri iure obligatum erit, relaxetur deinde apud ſcholares confratrię ſanctiſſimi corporis Domini, aut apud fabricæ curatores, alioſve quorum intereſt,

Parochi, hoſtias, vinum ad vſum communionis populi, quam omni anni tempore etiã in Paſcha agent, candelas die feſto Purificationis, aut oliuas parochialibus ſuis ſtato eo die Dominico diſtribuendas parent ſumptibus ſuis, propoſita mulcta graui, ſi vnquam defecerint.

Vbi tamen vſus iudicio Viſitatoris probatus is eſt, vt parochialium impenſis, aut confratriarum, aut fabricæ eccleſiæ ſumptu, aliave ratione id prę̃ſtetur, eum piè ſeruari iubebit.

Prou. 4. de ſacr. Miſſ. §. Epiſcopus in facultate. pa. 148.

De Miſſarum celebrandarum mũnere non ſuſcipiendo à parocho, præter id quod ex parochialis curæ officio ſuſtinet, niſi ex facultate ſcripta.

Quę facultas ne ab alio quàm à nobis, cùm Mediolani ſumus, cuiquã concedat. Id Parochi ſeruent mulcta ſtipendij cõſtituta, aliaq́; grauiori arbitratu noſtro.

Prou. 4. de paroch. §. Oblationũ. pa. 165.

De oblationibus die Dominico & feſto in Miſſa parochiali colligendis, ad præſcriptũ Cõcilij prouincialis quarti. Ita tamẽ, vt vbi ex conſuetudine iã vel fabricæ eccleſiæ, vel ſcholæ ſanctiſſimi Sacramẽti, vel alteri pio vſui attributę, eã ob causã fiũt, ne à parochis ſubtrahant̃ ſed eidem fabricę ſcholęq́; acquirantur.

Ibid. Syno. 2. dec. 21. pag. 340. Syno. 4. dec. 32. pag. 366.

Vbi pia aliqua conſuetudo eſt oblationum, quæ à populo eccleſiæ fiant, retineatur: & mane in Miſſæ ſacrificio illæ p̃ſtentur ad prę̃ſcriptum conciliorum.

Parochus vnuſquiſq; vrbis de feſto Dñica præcedẽte, in qua oblationes ab vnaquaq; regione publicè certo ordine fiũt, præmoneat populũ, vt ne conquirendis eleemoſinis, & earum oblationũ occaſione inſtrumẽta muſicalia per vrbẽ adhibeantur, aliaq́; præterea præſtent ad præſcriptum decreti noſtri diœceſani.

Prou. 3. de par §. Dominicis. pa. 98.

De ſtationibus, indulgentijs, proceſſionibus, officijsq́; mortuorum à parocho die Dominico promulgandis: & de oratione item populi intrà Miſſarum ſolẽnia ab ipſo quoq; denuncianda ad prę̃ſcriptum concilij prouincialis tertij.

De denonciatione matrimoniorũ, dierum feſtorũ, vigiliarũ, ſeu ieiuniorũ, & huiuſmodi parochialia officia omnia intrà Miſſę cõuentualis ſolẽnia p̃ſtentur vbi collegiatæ eccleſiæ ſũt parochiales.

Viſitator regionarius vrbis, & Vicarius diœceſanus menſis ſpatio nobis tabellã ſcriptã mittat: in qua ordine ſcriptę ſint formulę omnes, quibus in regione ſua parochi vtuntur, ad vigilias, dieſq́; feſtos, proceſſiones, officia mortuorũ, matrimoniaq́; denuncianda, ad res item amiſſas aut inuentas euulgãdas, & ad alia cuiuſuis generis.

De enunciandis ieiunijs, vigilijs, diebus feſtis, proceſſionibus, votis, officijs mortuorum, matrimonijs, rebus item amiſſis, inuẽtis, cęterisq́; forma ſeruetur, quę præſcripta in hoc libro edetur. Baptizatorum, confirmatorum, matrimonioq́; iunctorum nomina, animarum item ſtatum, parochus vnuſquiſque in libros referat ex formula præſcripta.

Prou. 4. de paroc. §. Neque p̃terea. pa. 166.

De facultate ſcripta impetranda à parochis pueros docentibus.

Quam facultatem qui menſium duorum ſpatio ab editione huius libri nõ impetrarint, nummis aureis quatuor mulctẽtur, aliaq́; grauiori arbitratu noſtro.

Quam mulctam Vicarius diœceſanus, & Viſitator regionarius vrbis exequatur ſedulò.

Prou. 5. de ſacr. extr. vnctio. §. Quod conc. pa. 223.

De infirmis in vicinia parochiali à parocho quotidie viſitandis poſt Miſſæ celebrationem.

Pro. 2. tit. 1. dec. 15 pag. 67.

De cura eccleſiaſticorum infirmorũ, & ſpirituali, & temporali, ad præſcriptum conciliorum.

Prou. 6. de paroch. pa. 301.

In quã curã qua decet pietate & charitate, parochi omnes tam vrbis quã diœceſis, & Vicarij item diœceſani incũbant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AEDES parochiales, ſacerdotaleſve, à domicilijs colonorum pariete omnino diſtinguantur trium mẽſium ſpatio, aut breuiori ẽt tẽpore, prout Viſitator conſtituerit, ex forma ẽt ad codẽ p̄ſcripta: mulcta autem ſi nummum aureorum vigintiquinq; ei propoſita, qui ad conſtitutum tempus id non præſtiterit.
Quæ autem ædes ex viſitationis decreto iam diſtinctæ & ſeparatæ eſſe deberent, id præſtetur menſis ſpatio, mulcta eadem conſtituta: culpæ verò & negligẽtiæ præteritæ nomine à Vicario generali, & criminali contra negligentes agatur mulctæ executione.

MONITA

Executionis Decretorum, quæ ad viſitationem pertinent.

Pro. 4. de Viſit. §. At vero. 19. pag. 172. Ibid. §. Hæc ipſa.

DE populi ſtudio paulò ante viſitationis tempus, paſtoralibus literis inflãmando ad ſacram confeſſionem, & communionem, orationemq; pro ſalutari viſitationis ſucceſſo.

De oratione quadraginta horarum triduo ante viſitationem à parocho inſtituenda, & habenda.
Quæ omnia vt religioſius & facilius p̄ſtentur, Viſitator, aut eo impedito, alius quem nos delegerimus, aliquot ante diebus quã viſitandi munus aggrediamur, ad pagos, vicos, locaq; ſingula plebis de cuius viſitatione agitur, ſe conferet, adiunctis ſecum duobus pluribuſve confeſſarijs probatis. Eo cùm venerit, vel ipſe, vel alius idoneus ſacerdos aduentum noſtrum ob viſitationem præmonebit, grauiq; & ſalutari concione populum lectis etiam noſtris de viſitatione literis paſtoralibus vehemẽter ad ea hortetur, quę ad ſpiritualem pręparationem ab eo pręſtari conuenit.
Confeſſarij autem quos ſecũm duxerit, vt audiendis confeſſionibus ſingulorum populorum aſſiduè incumbant, rectè curet pro ratione ordine locorũ, quo illos mittere opportunius eſſe viderit. Atq; is quidem alios etiam confeſſarios, etiã parochos (quos tamen potius è longinquis plebibus deligat) adiungere poterit, prout opus eſſe cenſuerit. Et verò q̃ de edictis, inſtructionibusq; promulgandis, de ijs parandis quæ ad viſitationem pertinent, de reliquiſq; omnibus præſtandis in concilio prouinciali quarto conſtituta ſunt, ipſe locis ſingulis ea omnia exequi curet diligenter. Eccleſias pręterea, apparatumq; omnem, quoad eius fieri poterit, ipſe ante inſpiciat, q̃ nos aduentemus.
Populo itẽ aditũ præbeat, & poteſtatẽ faciat ſe cõueniendi, ſecũq; colloquẽdi. Siq; viſitationis cauſa aliquid vel perquirendum, vel teſtificandum erit, ſiq; vllæ cauſę, aut agendę ſunt, vel tranſigẽdę, decidendęve, quæ noſtram pręſentiam non deſiderant; id omne exequi ipſe ſtudeat: vt ne cùm venerimus, ob eas cauſas diutiꝰ in viſitationis munere verſari neceſſe habeamus.
Vnuſquiſq; parochus viſitationis tempore, in eccleſia ſacriſtiaq; inſtruẽda, & ornanda, in ſcripturis, inſtrumentis, inuentarijs, iudicibus, teſtificationibus cæteriſq; omnibus ex concilij prouincialis quarti decreto apparãdis, diligẽtes, & aſſidui ſint: ideo à confeſſionibus audiendis abſtinebunt, ijs pręſertim locis, quò confeſſarij antea miſſi ſunt, aut vbi nos præſentes aderimus, niſi aliquando aliter faciendum cenſuerimus.

Idem habeat exemplar omnium indicũ, quos Viſitatoribus exhibere debet ex decreto concilij prouincialis quarti. — Ibidem.
Qua in re hoc videat, atque efficiat, vt earum rerum quæ notam infamiæ inurere poſſunt indices ſeparatos habeat.

De Cancellaria Archiepiſcopali.

QVECVNQVE edicta, decreta, monita, literę itẽ ſcribunt, edunturve, tam paſtorales, quàm etiam illæ, quæ vniuerſè, aut ad Vicarios diœceſanos, aut ad parochos, clerumve à nobis noſtrave auctoritate mittutur, Cãcellarius Archiepiſcopalis ea oĩa et ſingula codices certo loco in cãcellaria aſſeruent p̄petuo. Exemplaria teſtificationum, informationumve, aliarumq; cauſarum, & quæſtionum criminalium, quæ fori, cancellarięq; Archiepiſcopalis nomine à Vicario diœceſano conficiuntur, denuo aſſignata, ad Vicarium noſtrum generalem aut criminalem mittantur, vt in cancellaria noſtra aſſeruentur.

Qui

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN